



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXXII De Humilitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER SECVNDVS

de virtute eleemosynæ plura noscere cupit, legat librum sanctissimi martyris Cypriani, quē de eleemosyna scripsit. Et beati Maximini Taurinensis episcopi librum, quē & ipse de eleemosyna scripsit, & sufficienter inueniet.

De Humilitate. Caput XXXII.

Humilitas quidem hæc est, vt omnes homines Basili.
æstimemus superiores nobis, & omnibus nos inferiores & viliores, non solum humili pronuntiemus sermone, sed etiam intimo credam⁹ cordis affectu.

De laude humilitatis. Cap. XXXIII.

Dominus ac redemptor noster vt ad humilitatē nos prouocaret, per euangelium suum formam nobis humilitatis ostendit dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Ipse etenim per Prophetam dicit: Ad quē autē respiciam nisi ad humilem & quietū et timentē sermones meos? Hinc beat⁹ Petrus apostolus ait: Omnes autē inuicem humilitatē insinuare. Quia deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Esa. 66.
1. Pe. 5. Esto in humilitate fundatus, esto omnium nouissimus. Humilia te vt exalteris. Minimum te fac omnibus, nulli te præponas, nulli te superiorem deputes. Aestima omnes superiores esse tibi, quamuis summus sis. Humilitatē tene, quia si humilitatem tenueris, gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris tū te sequitur altitudo gloriæ. Descen-